7. 12. 20. 25.

Indulgentia in Quadragesima.

A prima die Quadragesimæ usque ad Do-
minicam in Albis, sunt singulis diebus In-
dulgenciarum.

In Aprili.

1. 3. 5. 10. 23. 25. 29.

In Maios.

1. 3. 4. 6. S. II. 19. 20. 21.

Sciendum, quod omnibus sequentibus die-
bus Indulgentia sint.

Die Lunæ, Martis, & Mercurij ante A-
scensionem Domini, in Vigilia Pentecostes,
ipso Feste, & sequentibus octo diebus;

Dominica Sanctissimæ Trinitatis,

In Iunio.

I. Dominica Iunij.

2. 11. 13. 15. 24. 28. 29. 30.

In Iulio.

II. Dominica Iulij.

2. 15. 17. 20. 21. 22. 23. 26. 27. 28. 29. 30.

*Synopsis Vitæ.**In Augusto.*

10. 2. 4. 5. 6. 10. 12. 15. 16. 19. 22. 25. 28. 29.

In Septembri.

10. 14. 18. 20. 21. 27. 29. 30.

In Octobri.

7. 15. 28:

In Novembri.

1. 8. 9. 10. 11. 18. 21. 22. 23. 24. 25. 30.

In Adventu.

I. II. III. & IV. Dom. Adventus

In Decembri.

8. 4. 6. 7. 8. 13. 21. 23. 25. 26. 27. 28. 29. 31.

*Synopsis Vitæ***B. M I C H A E L I S,**

Eremitæ Camaldulensis,

Inventorū

Coronæ Christi Domini:

POstquam S. Romualdus, Fundator S. Ordinis Camaldulensium, ultra centum Cœnobia erexisset, & multa juxta Regulas S. Benedicti reformasset, necnon Eremum Sanctis Viris ita implevisset, ut totus mundos ejus exemplaris vitæ actionibus renovatus videretur (uti B. Petrus Damianus, qui ejus vitam concinnavit, de illo ait: *Tali modo hominum animos suo exemplo & doctrina com-*

mo-

mo^rbit, ut apparet, totum mundum ejus vestigia secuturum) Quintum supra centesimum
ætatis suæ annum numerans, ductu divini
Spiritus, Anno 1012 ad Alpes Appenenses
in Arezana Diœcesi sitas abijsset, ibique inter
densissimas utrinque sylvas in amœnissimo
campo, non absimilis Sanctissimo Patriarchæ
Iacob, ad quietem se composuisset; vix pri-
mus sopor oculos clausit, obiicitur dormienti
scala, in qua Fratres sui futuri Ordinis, al-
bis induiti vestibus, ad Cœlum felicissime
ascenderunt. Ex qua visione ubi D E I vo-
luntatem intellexerit, hujus teritorij posses-
sorem Comitem de Maldolu, qui seandem vi-
sionem quiescens habuit, convenit, facileque
eas sylvas, & campos, cum ad sita arce obti-
nuit, Hic deinde S. Romuasdus nigrum ha-
bitum (quo tanquam S. Benedicti Mona-
chus, annis 85 utebatur) in album transmu-
tavit, & Erenum celeerrimam, Camaldu-
lensem dictam, fundavit.

Hoc in Ordine omni tempore, virtute
& sanctitate Viri eximij reperiebantur, inter
quos etiam fuerat Beatus Michael Coronæ
Christi Domini nostri Inventor.

Hic Florentia Anno 1440 in lucem e-
ditus est, & quia Juvenis erat; de quo ma-
gna quæque sperari poterant, Laurentius de
Medices, cum aula suæ adlegit; ille autem
majori-

majori longe Domino servire volens: Clericalem habitum assumpsit, & cum eo divitem Ecclesiasticam præbendam, cuius reditus in pia, & Christiana opera liberalissime impendiit, dum interim ille jejunando, Sacras paginas evolvendo, orando, & similibus operibus saluberrime tempus insumpfit: Contigit autem, ut quadam die Camaldulum ad Eremum veniens, Religiosorum fratrum exemplo commotus, tam vehementer in solitariam vitam inamoraretur, ut postquam intam rigoroso Ordine DEO servire decrevisset, Constantissime admissionem sui expetierit: & impetravit etiam post factam rerum suarum dispositionem: Quo in Ordine vix Sacris vestibus indutus, mirabili & summâ omnium cohabitantium ædificatione, in dies de virtute in virtutem, summos progressus fecit. Vnde B. hic Vir pro majori Spiritu recollectione, a suis Superioribus impetravit, ut certo tempore in cella se claudere liceret, cum aliunde in hoc Ordine usus obtinuerit, ut majoris Spiritualis quietis cupidi, magni jejunij, vel quocunq; alio tempore, quidam se se ab aliorum consortio segregent: & quandoq; totâ vitâ seclusi mansant. quo tempore suas functiones in cella eadem horâ quâ alij congregati simul in Choro, summo fervore solo DEO arbitrò, peragunt.

Hanc.

Hanc solitudinam dulcedinem (in solitudine
enim D E V S suis loquitur ad cor) cum B.
Michael gustasset, rogavit , & ob specimina
virtutis data impetravit, ut residuum vitæ
tempus, in hoc sancto, & voluntario carce-
re consumeret. Dehinc antiquum hominem
ponens, ciliciō flagellō & continuo jejunio
corpus suum in servitutem redigere labora-
bat: illis diebus, quibus dari solet, modicō
utebatur jusculō, vino autem nunquam, nisi
die Dominicā parcissimē. Igni appropinquā-
bat; nunquam , ut somnolentiam evitaret,
quæ inde oriri solet , Silentium observabat
semper; quia taliter inclusis cum nullo loqui,
sine expressa Superioris licentia est conce-
sum. neque ijs diebus, quibus, reliqui ad col-
loquium Spirituale convenire solent, Cam-
panz, signum, quō omnes ad orandum con-
vocantur, semper prævenit, & ad eas preces,
in sua cella peragendas, serio præparavit. Fini-
to Matutino, totum tempus rerum Divina-
rum contemplationi impendit, ut sèpè can-
didissimus facie tanquam Cherubim appare-
ret: & inde, licet non adeo eruditus fuerit,
mirabilis tamen Sacraeum literarum expla-
nationes habuit. Sacrificium Missæ summā
devotione peregit, & Sacros Psalmos atten-
tissime recitavit? obligantur enim inclusi Ca-
maidulenses, totum Psalterium quotidie ab-
solve-

solvere, Mensa parcissima absoluta, Coronas ex ligno efformare, corbiculos combinare, hortulum suum excollere, & similes manuales labores peragere solebat, in omnibus animum ad DEVVM elevando. Reliquum lectio- ni, ac scriptio*n*i rerum spiritualium impen- dit, Prædictum fuisse Prophetiæ dono testan- tur Cardinales, Iulius de Medices, & Alexan- der Farnesius, quibus Pontificatus dignitatem prædixit, uti & ille CLEMENS VII. hic ve- ro PAVLVS III. audijt. Clarus quoque erat miraculis patrandis, uti expertus est quidam pauper in bove, qui crepuerat & B. Samuel in suo ad Altare Ministro, qui gra- vi capitis dolore angebatur; nam bovem vi- tæ, famulum sanitati, suis precibus restituit: uti & multi alij illius Patrocinio, magnas gratias apud DEVVM obtinuerunt. Matrem DEI speciali veneratione colebat; in cu- jus honorem sæpe Coronam recitavit. Dum quadam die anni 15. inclusionis suæ, ferventissime orabat, vocem intus sibi dicentem audivit, *Michael mei non memineris?* quam audita secum conclusit, se velle deinceps IEsVM Christum Dominum nostrum, recita- tione 33. *Pater noster*, in memoriam an- norum, quibus amore nostri nobiscum in terra versatus est, cum additione 5. *Ave Ma- ria*, in memoriam mysteriorum B. Virginis recita-

recitare. Et hunc orandi modum, Coronam Christi: Domini appelliavit, quod LEO X. illo tempore Pontifex approbavit, & multis Indulgentijs condecoravit: & ideo a Christi fidelibus in hodiernum usque diem summa devotione recitatur. Tandem, postquam Vir Beatus 21. annis in Cella clausus, visibilium, ac invisibilium, machinationes hostium feliciter superavit, tempus ejus liberationis ex duplice carcere advenit, & benedicta illius anima, meritis dictissima, 20 Ianuar. 1522. in paradisum cœlestis libertatis transmigravit.

Cujus manus cum Beatus Fustinianus de Bergamo, Eremita Incola venerabunde oscula-
tus fuisset, a diurno dentium dolore libe-
ratus est. Et hoc ad Christi Domini nostri honorem, qui mirabilis est in Sanctis suis.

ORATIONES & LITANIE
de Vita & Passione Domini Nostri
J E S U C H R I S T I.

*Non te pertranseat particula bone diei. abs-
q; memoria Passio pro te Domini.*

Oratio Divi Bernardi.

O IESV, I E S V mi, ad Passionis tuæ
gloriosa insignia, in quibus salutem
meam

meam operatus es, totum me inclino,
 Tuæ victoriosæ Crucis regale vexillum,
 in Nominé Tuo Christe adoro. Tu-
 um spineum Diadeina, Tuos rubentes
 sanguineos clavos, Tuo Sacro Lateri
 immersam lanceam, Tua Vulnera Tu-
 um Sangvinem, Tuam mortem, Tu-
 am sepulturam Christe supplex adoro
 & glorifico. Confige Crucis Tuæ ma-
 nus meas, & pedes meos, ac totum
 Passioni tuæ conforma servum tuum
 Domine.

Oblatio ad Patientem IESVM.

BEnignissime IESV, svavissime IE-
 SV, quem pro nobis & propter
 nos charitas ardentissima erga nos
 Crucis affixit, suscipe nunc omnium
 Vulnerum Tuorum dolores sanguine-
 asq; guttas; suscipe pientissimæ Ma-
 tris Tuæ compassionem & dolorem
 pro peccatis meis. & pro peccatis
 universi mundi: suscipe etiam quæ-
 so mei indignissimum peccatorem,
 quem Tibi offero, in unione doloris
 Matri

Matris, & in unione charitatis tuæ, &
converte me in laudem & gloriam tu-
am, juxta summum atq; supremum be-
neplacitum tuum, Amen.

L I T A N I Æ.

KYrie eleison, Christe eleison,
Kyrie eleison
Christe audi nos Christe exaudi nos.
Pater de Cœlis D E V S, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi D E V S, Mi-
serere nobis.

Spiritus Sancte D E V S Miserere nobis
Sancta Trinitas Vnas D E V S, Misere-
re nobis

I E S V Sapientia æterna,
I E S V de Virgine M A R I A nate,
I E S V a tua Genitrice adorate,
I E S V pannis involute,
I E S V in præsepio reclinate,
I E S V Vbere Virgineo lactate,
I E S V a Pastoribus in præsepio co-
gnite,
I E S V per Circumcisionem sub Le-
ge facte,

Miserere nobis,

I E S U

IESV a Magis adorate,
IESV in Templo præsentate,
IESV in Ægyptum d-late,
IESV ab Herode ad necem quæsite,
IESV in Nazareth nutritæ,
IESV in templo invente,
IESV Parentibus subdite,
IESV a Ioanne Baptizate,
IESV in deserto tentate,
IESV cum hominibus conversate,
IESV gratis odio habite,
IESV contumelijs vexate,
IESV in monte coram Patribus
transfigurate,
IESV Rex mitis Ierusalem ingressie
IESV triginta argenteis vendite,
IESV ad Discipulorum pedes incli-
nate,
IESV in Oratione prostrate,
IESV in agonia Sang vineo sudore
consperte,
IESV osculo a Iuda tradite,
IESV a Ministris ligate,
IESV a Discipulis derelictæ;

*Miserere nobis,**Miserere nobis.*

IESU

IESV Annæ & Caiphæ præsentate,
IESV alapa a ministro percusse,
IESV a falsis testibus accusate,
IESV reus mortis judicate,
IESV in faciem conspice,
IESV oculis velate,
IESV a Petro ter negate,
IESV vinctus Pilato tradite,
IESV ab Herode sprete & illuse,
IESV alba veste indute,
IESV Barabbæ postpositæ,
IESV flagellis cæse,
IESV propter scelera nostra attrite;
IESV quasi leprosus reputate;
IESV veste purpurea indute,
IESV spinis Coronate,
IESV arundine percusse.
IESV a Iudæis ad Crucem postulate,
IESV morte turpissima condemnate
IESV voluntati judæorum tradite,
IESV Crucis pondere gravare,
IESV tanquam Ovis, ad occi-
sionem ducte,
IESV Vestibus exute,

*Miserere nobis**Miserere nobis.*

IESU

IESV clavis in Cruce confixe,

IESV propter iniquitates nostras
vulnerare.

IESV qui pro inimicis Patrem
rogasti,

IESV cum inquis reputare,

IESV in Cruce blasphemate &
illuse,

IESV a latrone convitijs laceſſite,

IESV qui Latroni pœnitenti Para-
dīum promisiſti.

IESV qui Joannem Matri tux in
Filiū commendasti,

IESV te a Parre derelictum attestate,

IESV felle & aceto in siti potate,

IESV qui omnia de te scripta con-
ſumasti

IESV usque ad mortem Crucis
obediens facte,

IESV lancea transfixe,

IESV propitiatio nobis facte,

IESV de Cruce deposite,

IESV glorioſe a mortuis resurgens,

IESV in Cœlum elevate,

Miferere nobis.

Miserere nobis.

IESU

IESU noster apud Patrem advocate,

IESV qui Spiritum Paraclitum

Discipulis misisti, Miserere.

IESV Matrem super choros Ange-

lorum exaltans, Miserere.

IESV vivos & mortuos judicature,

Miserere nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine.

Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Ab omni malo, Libera nos Domine.

Ab omni peccato, Libera nos Domine.

Ab ira, odio, & omni mala voluntate,

Libera nos Domine.

A peste fame & bello, Libera nos.

A cunctis mentis & corporis perि-
culis, Libera nos Domine.

A morte perpetua, Libera nos Domine.

Per mundissimam Conceptionem tu-
am, Libera nos Domine.

Per miraculosam Nativitatem tuam,
Libera nos Domine.

Per humiliem Circumcisionem tuam,
Libera nos Domine.

Per Baptismum & sanctum jejuni-
um

um tuum, Libera nos Domine.
Per labores & vigilias tuas, Libera
nos Domine.
Per dolorosam flagellationem, & Co-
ronationem tuam, Libera nos D.
Per fletim, lacrymas, & nuditatem tu-
am, Libera nos Domine.
Per pretiosam mortem & Crucem
tuam, Libera nos Domine.
Per gloriofissimam Resurrectionem &
Ascensionem tuam, Libera nos D.
In die judicij, Libera nos Domine.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas, Te rogamus audi nos
Ut nobis indulgeas, Te rogamus au-
di nos.
Ut ad veram pœnitentiam nos per-
ducere digneris, Te rogamus au-
di nos.
Ut gratiam Sancti Spiritus cordibus
nostris clementer infondere digne-
ris, Te rogamus audi nos.
Ut Societates in Tuo nomine congre-
gatas conservare, & amplificare di-
gnaris;

gneris, Te rogamus audi nos.

Ut nobis veram pacem, humilitatem
& charitatem largiri digneris, Te
rogamus audi nos.

Ut in gratia & sancto servitio per-
severantiam nobis date digneris,
Te rogamus audi nos.

Ut nos ab immundis cogitationibus
& dæmonum temptationibus, & da-
mnatione perpetua liberare digne-
ris, Te rogamus audi nos.

Ut nos Collegio Sanctorum tuorum
sociare digneris, Te rogamus audi-
nos.

Ut nos exaudire digneris, Te roga-
mus audi nos.

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Parce nobis Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mun-
di, Misere nobis.

Christe audi nos, Christe exaudi nos,
Kyrie eleison, Christe eleison,

Kyrie eleison,

Pater

- Pater noster &c.
- V.** Et ne nos inducas in temptationem,
- R.** Sed libera nos a malo.
- V.** Adoramus te Christe & benedici-
- mus Tibi,
- R.** Quia per sanctam Crucem rede-
- misti mundum
- V.** Domine exaudi orationem meam,
- R.** Et clamor meus ad te veniat,

OREMVS.

Domine IESV Christe, qui hora
Iexta Pro redemptione mundi
Crucis patibulum ascendisti & San-
gynem tuum pretiosum in remissio-
nem peccatorum nostrorum fudisti,
Te humiliter deprecamur, ut post obi-
tum nostrum, Paradisi januas nos
gaudenter introire concedas.

Quæsumus clementiam tuam, ut
nos famulos tuos gratia tua con-
firmare digneris: ut in hora mortis
nostræ, non prævaleat contra nos ad-
versarius noster, sed cum angelis cuius

transi-

transitum habere mereamur ad vitam
eternam. Qui vivis & regnas, &c.

ORATIONES

Ad VULNERA CHRISTI.

Rogo Te Domine I E S V, per illa
salutifera Vulnera tua, quæ pas-
sus es in Cruce pro salute nostra: è
quibus emanavit ille pretiosus San-
gvis, quo sumus redempti; vulnera
hanc animam meam peccatricem,
pro qua etiam mori dignatus es, vul-
nera eam igneō & potentissimo telo
tuæ nimis charitatis. Confige cor
meum, jaculō tui amoris, ut dicat
tibi anima mea, charitate tua vul-
nerata sum, ita ut ex ipso vulnera
amoris tui uberrime fluant lacrymæ
die ac nocte. Percute Domine; per-
cute obsecro hanc durissimam men-
tem meam, pia & valida cuspide dilec-
tionis tuæ, & altius ad intima pe-
netra potenti virtute. Qui vivis &
regnas cum D E O Patre &c.

¶

Dua-

Duae Orationes S. BRIGITÆ, ad lon-
gitudinem & profunditatem
Vulnerum Christi.

I.

O I E S V Alpha & Omega, vita &
virtus, in omni tempore recorda-
re, quod a summo capitis, usque ad
plantam pedis te pro nobis in aqua
Passionis tuæ demersisti. Propter la-
titudinem, & longitudinem vulnerum
tuorum, doce me per veram charita-
tem, custodire latum mandatum tu-
um nimis, in peccatis demersum, A.

Pater noster Ave Maria.

II.

O I E S V abyssus profundissima mi-
sericordiæ, rogo Te propter pro-
funditatem vulnerum tuorum, quæ
pertransierunt medullam ossium, ac
viscerum tuorum: ut me submersum
in peccatis emergas, abscondasque me
in foraminibus vulnerum tuorum à fa-
cie iræ tuæ, donec penetranteat furor
Tuus Domine, amen.

ORA-

O R A T I O.

Ad I S S U M Salvatorem

DEVS, qui pro redemptione mundi volunti nasci, circumcidisti a Iudeis reprobari; a Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut Agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis & opprobrijs vexari, sputis conspuiri, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, Crucis clavis affigi, in Cruce levari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lancea vulnerari. Tu Domine, per has sanctissimas penas tuas, quas ego indignus recolo, & per sanctam Crucem & mortem tuam, libera me a pœnis inferni, & perducere digneris quo perduxisti latronem tecum crucifixum, Qui cum Patre & Spiritu Sancto, vivis & regnas in secula seculorum, amen.

*Devotissimus quotidie Sacratissima
quinq^u vulnera Domini nostri
IESV CHRISTI.
salutandi modus.*

I

Dilectissime IESV, adoro Vulnus
Manus tuæ dextræ, da mihi quo-
so victoriam de me ipso, & gratiam
extirpandi ex corde meo omnia vitia,
& inclinationes malas. Recommen-
do tibi in hoc vulnus, universalem
Sanctæ Ecclesiæ statum, conversionem
infidelium & reductionem ad eandem
omnium Hæreticorum.

Pater noster Ave Maria &c.

II.

Patientissime IESV, adoro Vulnus
manus tuæ sinistræ. Rogo Te, da
mihi patientiam in omnibus adversi-
tatis, largire mihi fortitudinem in
extremo vite momento, & gratiam
evitandi mortem æternam. In idem
vulnus tuum sacrosanctum, commen-
do tibi tuos utriusq; sexus fideles.

Pater noster Ave Maria. &c. III.

III.

AMabilissime I E S V, adoro Sacra-
tissimum Vulnerum pedis tui dextri.
Da mihi quælo gratiam - progrediendi
semper in meltus in via caorum Sacra-
tissimorum mandatorum, in operibus
bonis, & augmento omnium virtu-
tum, secundum tuam sanctissimam &
divinam voluntatem. In idem Sacra-
tissimum vulnerum, commendabo Tibi o-
mnes Ecclesiasticos, & utriusque se-
xus Religiosos.

Pater noster. Ave Maria. &c.

IV.

BEnignissime I E S V, adoro Sacra-
tissimum Vulnerum pedis tui sinistri.
Obsecro te, libera me ab omnibus pe-
nitus tam animæ, quam corporis, &
da mihi gratiam effugiendi omnia pec-
cata & peccandi occasions, In idem
vulnerum Sacratissimum, recominendo
Tibi omnes meos Benefactores, pro-
pinquos, amicos, inimicos, & omnes
omnino pro quibus orare teneor.

Pater noster. Ave Maria. &c.

V.

V.

AMABILISSIME & MISERICORDISSIME
AL E S V, indignissimus ego in tuo
conspictu peccator, adoro. **V**ULNUS SA-
CRATISSIMI LATERIS TUI. Oro humiliter
ut ardentissimo Tuo amore me incen-
das, ut omni in ordinato affectu, ad
quascunque creaturas derelicto, tu so-
lus semper cor meum inhabites. Com-
mendo huic Sacratissimo vulneri tuo,
omnes animas, quæ in purgatorio de-
tinentur. **Credo.**

Pater noster. Ave Maria. Et cetera

ORATIO DEVOTISSIMA Ad SS. CRUCIFIXUM.

Quæ quotiescumque dicitur, semper liberat
unam animam à pœnâ purgatorijs, concessa
a CLEMENTE III. ad instantiam
Infanti D. CATHARINÆ Principiæ Sanciæ

A N T I P H O N A.

OMAGNUM MYSTERIUM, ô profun-
dissima vulnera, ô Passio acerbissima

de Passione Domini.

fima, dulcedo Deitatis, adjuva me ad
æternam felicitatem consequendam-

¶. Tuam sindonem adoramus Domine.

R. Tuam recolimus sanctam Passionem,

O R E M U S.

DEVS, qui nobis in Sancta Syndone,
qua Corpus tuum Sacratissimum,
de Cruce depositum à Ioseph
involatum fuit, Passionis tuae vestigia
reliquisti. concede propitius, ut per
mortem & sepulturam tuam, ad resur-
rectionis gloriam perducatur. Qui
vivis & regnas in saecula seculorum,
Amen.

Oratio pro Defunctis.

AVe benignissime Domine IESU
Christe, qui nunc flores, & a mœ-
nibus resplendes in gloria Divinae Ma-
jestatis, & decore perpetuae immorta-
litatis, ego, qui omnium creaturarum
extrema sum, ad pedes tuos humili-
ter procido, & devotissime te adorans,
tuique solius laudem, & gloriam ex
intimis cordis, & animæ medullis
desi.

Orationes.

desiderans, & sitiens, peto à te ô amar-
tissime I E S V ! ut in hac die animas
omnium spiritualium, & specialium
tuorum à pœnis absolvere, & æternis
gaudijs sociare digneris. Sed & pro
animabus meorum primogenitorum,
Benefactorum, amicorum, vel alias
mihi conjuctorum, & commissorum,
humiliter Tuam exoro clementiam, ut
earum reuinisci, pœnasque earum ro-
re tuæ misericordiæ vel mitigare, vel
ad plenum extingvere digneris. Ad
quod citius obtinendum, mortem tu-
am acerbissimam offero, & in unione
innocentissimæ ejusdem tuæ Passionis,
& mortis, indignissimus ego peccator
tibi Regi Regum Domino, cum affec-
tu aditans, præbeo tibi totam substan-
tiam mei corporis, & animæ, ad servi-
endum tibi, quoad vixero pro volun-
tate tua, & colendæ Majestatis tuæ
gloria. Offero tibi in eadem unione
omnem tolerantiam cordis & corpo-
ris mei, quam inadversitatibus, & in
firmitati.

firmitatibus meis, unquam pertuli, a-
ut perferam, & me totum Divinæ tuæ
Pietati Præbeo & Offero ad tolerandū
in corde, & corpore, quæcunq; tibi
placita fuerint, pro eo; ut animas illas
à Purgatorij pœnis liberare, plenamq;
iilis beatitudinem conferre digneris.
Ecce flecto genua ante te, Domine,
veniam pro illis humiliter postulans,
& misericordiam, da illis Domine, re-
frigerium in tormentis suis: crue eas
à penis, & optabili vultus tui mani-
festatione eas exsatia, ut consolatæ re-
pleantur laude, & magnitudine, &
benedicant Nomiini Tuo in sæcula
sæculorum, Amen.

Ad Devotos erga Animas Purgatorij.

Placuit suæ sanctitati concedere, ut
omnes supra prædictæ Indulgenciarum
animabus in Purgatorio detentis ap-
plicari possint. Et ideo quilibet hunc
fructuosum laborem, hanc Coronam
orandi suscipere non gravetur, illud
confi-

Ad devotos erga
considerans, quod S. Augustinus in ser-
mone de Sanctis dicit: quod scilicet
humanus intellectus comprehendere
non valeat pœnas flammarum Pur-
gantium. Plus de ijs scribit Ciril-
lus: Quod animæ Purgatorij libenti-
us omnes pœnas à mundi initio usq;
ad finem ab hominibus toleratas, &
sufferendas sustinere vellent, quām
una die in Purgatorio torqueri. Com-
patere igitur his animabus; nam qui
afflictio proximo compatitur; mala
morte non morietur, juxta S. Hiero-
nymum, ad suum Confangvineum.
Non potest autem major compassio
esse, quām animabus Purgatorij suc-
currere. Quām gratu à hoc DEO sit,
testantur gratiæ, & favores à DEO
erga has animas devotis exhibiti,
Quoá ipsum in tract: de Iubilæo, part.
1. cap. 15. Hieronymus Gratianus
ostendit, dum dicit exivisse Vagliado-
lidi ex quodam cœmeterio, permis-
tente DEO, magnum numerum ani-
marum

marum hominum defunctorum, quæ, quendam sibi devotum, ab iniicis suis interficiendum, defenderunt. P. Alexius Regala, in libro Triumphorum animarum Purgatorij, cap. 7. narrat. *Animas* has quendam aliut sibi devotum, prælucentibus facibus, illo non advertente, domum duxisse, & cum domum attigisset, vocem auditam. *Vade in pacem*: nos sumus *Animæ* defunctorum, quæ te comitatae fuimus, ne ab iniicis tuis interficeris. In speculo Exemplorum § 8. Meminit Henricus Gratianus, Eusebium Duce ex Sardinia, in harum animarum subsidium, medieatatem preventuum ditissimæ Civitatis impedisse; quæ cum Ostorigo Duce Siciliæ ex pugnata fuisset, & hic dum eam cum 6000. milibus intrare vellet, totus Ostorigi exercitus ab animabus Purgatorij candidè vestitis in fugam actus, & rursum Civitas Eusebio restituta fuerit. Ex his collige, quam misericors

58 Ad de votos erga Animas Purgatorijs
ricors D E V S sit erga illos, qui erg
has animas sunt misericordes.

Quapropter, ô anima Christiana
juva eas per eleemosynam, jejunia, di-
sciplinas, offertoria, communiones
orationes, & alia pia opera, præsertim
Indulgencias, quæ huic Coronæ sun-
annexæ; labora etiam, ut alij idem
peragant; felix enim est, quisquis hu-
ic devotioni erga defunctorum Ani-
mas studet. Felix illa familia, Do-
mus, & Civitas, quæ ijs patientibus
succurrere conatur. Spem namq; si-
bi faciunt, quod harum Animarum
precibus, à temporalibus, & æternis,
corporalibus, & Spiritualibus pericu-
lis, & miliarijs defendantur, in

D E I gratia vivent, & mo-
rientur; nec sentientes

Purgatoriij ignem,
vitam æternam
obtinebunt.



JAGIELLOŃSKI

Biblioteka Jagiellońska



stdr0024497

